



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-
clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-
phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

Quomodo ecclesi[a]e status assimilantur septe[m] aetatibus mundi. Cap.

9

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

quetur octauus & celestis status, quando omnia vnientur deo. In cuius figuram die octauo mensis septimi non fiebat aliquod opus seruale, sed offerebatur vitulus vnus in holocaustum & odorem suauissimum domino. Hinc ecclesia solet celebrare octauas maiorum festorum. Dies quidem octauus erit celeberrimus atq; sanctissimus, & erit sabbatum, id est requies sempiterna.

Hebrę. 4
Num. 29
Leuit. 23

¶ Quomodo ecclesię status assimilantur septē mūdi ætatibus. Cap. IX.

Vemadmodum Macrocosmi ac etiam Microcosmi generatio, durat septem ætatibus, ita ecclesię militantis excursus tot statibus, inæ quali tamen tempore, terminabitur. Quælibet autem mundi ætas distinguitur per certos terminos propter magnalia quæ illis temporibus contigerunt. Prima ætas ab Adam propter creationem mundi, & durat vsque ad Noe, à quo propter aquæ diluuium secunda ætas calculatur vsque ad Abraham, qui instituit circumcisionem, ob quam ab eodem patriarcha vocatur tertia ætas vsque ad Dauid, ob cuius regalem vnctionem tunc incepit quarta ætas vsque ad Babylonicam transmigrationem, à qua computatur quinta ætas propter filiorum Israel liberationem, & durat vsque ad Christi primum aduentum, à quo denominatur sexta ætas propter humani generis redemptionem. Septima tandem ætas incipiet à secundo Christi aduentu, quando, extincto Antichristo, reformabitur ecclesia, & durabit eadem septima ætas vsq; ad vitam resurgentium.

35. q. 4. c. 1.

I § In prima itaq; ætate ab Adam vsq; ad Noe, iuxta euangelij descriptionem, fuerunt generationes decem, & secundum Orosium, qui sequitur septuaginta interpretes, vsq; ad diluuium fluxerunt anni. 2242. Sicut autem in eadem prima ætate, occiso Abel, & ei Seth substituto, generatio Cain fratricidæ segregata est à generatione filiorum dei, in quibus synagoga est instituta, sic in primo ecclesię statu peruersa generatio synagogæ, quæ occidit Christum, separata est à filijs dei, in quibus sancta ecclesia constituitur.

Luc. 3
Gene. 4

II § Secunda ætas à Sem vsq; ad Abraham similiter cōtinet generationes decem, anni autem 942. lapsi sunt à diluuiio vsq; ad natiuitatem Abraham, & sicut in initio eiusdem secundæ ætatis per Noe fabricata est arca, in qua semen electū à diluuiio præseruaretur, quo exiccato archa in altum leuata super montes altissimos requieuit. Sic in secundo statu, postq; per apostolos fabricata fuit ecclesia, in ea semen martyrum est saluatum. Ipsa quoq; ecclesia per fidem & patientiam eorum rudentum martyrum, sanguinem suum innocentem deo immolantium, est eleuata & dilatata, quæ de seipsa apud prophetam ait: Misit, s. dominus pro pector me us de summo, & accepit me & assumpsit me de aquis multis, eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me & eduxit me in latitudinem & saluā me fecit. Nempe ecclesia requiescit super montes cœlorum, diluuiio tyrannorum exiccato. Deus em̄ dirupit petram & fluxerunt aquæ, abierunt in sicco flumina, & eduxit populum suum in exultatione & electos suos in lætitia.

Luc. 3
Gene. 7

III § Tertia ætas habet septem generationes à natiuitate Abraham vsque ad Aram, quando Moses eduxit populum Israel de Aegypto, & continet annos. 505. In ea subuersi sunt Sodomitæ in mari mortuo, Aegyptij in mari rubro, deleti Choræ, Dathan, & Abyron, cæteri q; schismatici de filijs Israel, ac populo eo tunc data est lex. Similiter in tertio ecclesię statu populus Christianus per martyria eductus est in terram pacis. Luxuria deniq; mundi & idololatria gentiū in Christi ac martyrum sanguine est submersa, plurimi schismatici & hæretici ex ecclesia eotunc reiecti, legesq; ciuiles & principum constitutiones conditæ sunt vnā cum patrum canonibus, quas de cætero vim legum habere iustianus Cæsar decreuerat.

Mat. 1.
Luc. 3
Exo. p totū
Gene. 19
Exod. 14
Num. 16. 26

III. § Quarta ætas continet pariter septem generationes & annos. 479. ab exitu populi Israel vsq; ad templi perfectionem sub Salomone. In qua ætate Dauid, eiectis Syris & Philistæis, cæterisq; hostibus, ac ædificata Hierosolyma, diuinum cultum per psalmodiæ iubilum ampliauit, quem super excelsa sua deduxit victor in psalmis canentem. Simili modo in quarto statu per Iustianū

Mat. 1.
Paral. 16
Aba. 3. in fi.

§. c. 5. i fi. &
§. c. 9. in fi. &
§. ca. 17. §. 17

§. c. 7. in pri
§. ca. 70. §. 6

§. c. 6. §. 1. &
§. eo. §. 6

§. c. 10. §. 2
§. c. 8. §. 5. &
§. ca. 17. §. 1.

§. c. 11. in pri.
§. eo. §. 4. &
§. c. 13. §. 3

§. ca. 25. §. 10
§. ca. 11. in pri

Dist. 2. c. 1.
§. ca. 5. §. 7
& §. eo. §. 6
In aut. de ec
clesiast. ti. in
pri. cō. 9
§. eo. §. 2. &
§. ca. 10. §. 4

Anth. spec.
hist. pt. 2. ti.
12. c. 5. p. 10.

nianum extirpati sunt Arriani & Græcia, Africa & Longobardia, tandem ex Hispania, eotunc ecclesia est eleuata & totus pene terrarum orbis fide catholica imbutus. Interim p. Gregoriū, ceu altere Dauid modificatus est catus diuinus, officiumq. ecclesiasticū ordinatū.

§. ca. 4. §. 3.
& j. ca. 17. §. 11.

Mat. 1

V § Quinta ætate ab ædificatione templi vsq. ad eiusdem restorationem post transmigratiōem Babylonis fuerunt quatuordecim generationes & anni D. XXII. Interea decem tribus Israel, ob idololatriam suam, p. Assyrios debellati sunt, postea Iudæa & Hierusalem p. Chaldaeos destructa, populo tandem Iuda in terram suam restituta. Nec vltius in eis pullulauit spina idololatriæ sicut antea. Pariformiter in quinto statu ecclesia modo quasi senuerit, habet nanq. ætatis plurimos dies, cunq. operiatur vestibus scilicet cæremoniæ, tamen nō calefcit in charitate dei vel proximi. Quocirca ob debilem populi fidem, ecclesiæ orientales p. Sarracenos sunt expugnatae. Latina insuper ecclesia per Gotos & Longobardos, eotunc Paganos siue Arrianos fere deuaftata erat. Per Carolum tamen recuperata, nec postea idola priorum hæresum in Latina ecclesia inualuerūt, licet aliquantisper pullulauerit cæcitas Manichæorum & Valdensū, nec nō & secta Viclefistarū, de qua infra.

Anth. 2. pre
histo. ti. 12. c.
3. §. 5 & 6.
j. c. 68. §. 10
& §. 12

3. Regū. 1

VI § Sexta ætas a præacta restoratione templi vsq. ad natiuitatem Christi concluditur similiter quatuordecim generationibus & quingentis decem annis. Et sic secundum Orosium a creatione mundi vsq. ad Christū fluxerūt 5200. anni. Sed secundum calculationem Hebraicam sunt dūtaxat 4107. anni. Iohannes vero Parisiensis in suo de Antichristo tractatu, p. astronomycam inquisitionē nititur probare, a creatione mundi vsq. ad Christi baptismū præcise quinque millia annorum fluxisse. Et sicut eodem sexta ætas, reiecta carnalitate synagogæ & verustate prioris seculi, id est, primi status generalis, terminata est p. primum aduentum Christi in carne, sic sextus ecclesiæ status inceptus in Francisco vulneribus & cruce Christo configurato, expulsa ecclesiastica pueritate, & vetustate reprobiorum Christianorum, finietur p. secundum Christi contra Antichristum aduentum, & sicut synagoga in quinta & sexta ætate pluribus malitijs se inuoluit, ideo plures aduersitates passa & tandem penitus reiecta est, nouaq. lex introducta. Ita modo in quinto & sexto statu ecclesiastica mēbra vitiosis moribus laborant. Idcirco aduersitates patiuntur, & indies ampliores plagas expectare habēt, donec Chrūs ecclesiam pueram cū suis legibus, qbus iam abuti reformauerit, & euangelicum statū reduxerit. Tūc tandem Abisac virgo speciosa, i. ecclesia reformata, quæ Virgo est sine macula, calefaciet regē scilicet Christū cū charitate pfecta, quia cultus ecclesiæ erit deo placitus & dilectus.

j. ca. 14. §. 3.
§. ca. 4. §. 6
& j. eo. §. 7
§. ca. 7. §. 5.
& j. ca. 41. §. 4.
j. ca. 16. §. 7,

Anth. 2. pt.
hist. ti. 14. c.
1. §. 6

Mat. 1

Ioh. Parisiē.

§. ca. 6. §. 4
& j. ca. 16. §. 4.

VII § Septima & huius seculi vltima ætas incepit a natali Christi quando diuina proles humiliabatur, vti Sybilla est vaticinata. Eadem septima ætas censetur quasi decrepita mundi senectus, in qua amplius labor est & dolor. Quod em̄ fenescit, prope interitum est. Hæc septima ætas non comprehenditur aliquo generationū aut annorum numero. Quamuis a Christi natiuitate vsq. ad præsens tempus fluxerint anni 1519. durabit tamen ætas eadem vsq. ad extremum iudicium, cuius euentus est certus, interuallum autem temporis incertum, & soli deo cognitum, quoniam conclusi sunt, signatiq. sermones vsq. ad tempus p̄finitum. Idcirco illa septima ætas nullo temporis spacio dimetiēda est. Continet quidem septem status, quorum sex primi sunt discordiæ & laboris, septimus erit pacis & requiei. Is figuratus est in sabbatismo, vt superius ostenditur, & initiatus est q̄dammodo a sabbato quietis domini in sepulchro, continens pacem, & requiem animarum beatarum, qua multi deuoti homines mundo mortui fruuntur in p̄fenti, q̄a spiritu gaudent in domino, nihil transitorij curantes, vt de eis verificetur illud scriptū: Beati mortui qui in domino moriuntur, ammodo iam dicit spūs vt requiescant a laboribus suis. Demum post extremum iudicium idem quietus status plene complebitur in vita sempiterna.

j. ca. 14. §. 12

§. eo. in pr.
& j. ca. 60. §. 5.
j. ca. 19. vsq.
ad. c. 28,
j. c. 35. §. 1
§. eo. §. 3. &
j. c. 13. §. 6

3. Regū. 1
j. c. 10. i. pri.
& j. c. 60. §. 6.

Psal̄m. 86

Hebr. 8

Daniel. 12.

Apoca. 14

¶ De distinctiōe septem statū in specie: In primis de statu ecclesiæ primo qui dicitur seminatiuus. Cap. X. Quamuis

§. c. 6. in pr.
& j. c. 47. §. 8. & j. c. 67. in prin.
§. eo. §. 5
1. c. 17. §. 14.
§. c. 7. §. 4.
& j. ca. 13. §. 15.
§. c. 6. §. 5
§. ca. 8. §. 6,
& j. c. 66. §. 1
j. c. 22. i. pri.
§. c. 8. in fi.
& j. c. 66. §. 10.